



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ
Præcones**

Stengel, Georg

Ingolstadt, 1645

§. 14. Quibus de causis iudicium per aquas sit illicitum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

§. XIV.

*Quibus de causis iudicium, per aquas,
sit illicitum?*

Etenim 1. ipso nomine damnantur temerariæ eiusmodi disquisitiones. Vocantur enim *Purgationes vulgares*, quia nullo legitimo usu, sed vulgi quadam duntaxat usurpatione, & obseruatione superstitiosa sunt introductæ. 2. Quia eiusmodi iudicarijs modis DEVS têtatur potius, quàm eius exploretur voluntas. 3. Quia temeritas est, petere, vt DEVS miraculum faciat, ad innocentiam nostram manifestandam, si non DEVS ipse id suggerat. 4. Quia hanc consuetudinem ridet Fridericus Imp. II. quam etiam iam priùs vetuerat Lotharius Imp. in legibus Longobardorum; & illo antiquior Carolus magnus. 5. Quia, præter supra dictum Stephanum Pontificem, etiam alius Pontifex, apud Gratianum, & Lucius mortem istum damnauit; *iudicia peregrina & inhibita* (sacris scilicet canonibus) ea vocans. Innocentius III. certè sanxit in Conc. Generali, ne vllus Clericus purgationi aquæ feruentis, aut frigidæ, seu ferri candentis, ritum cuiuslibet benedictionis, aut consecrationis impendat. 6. Quia non tam verba

In leg.
Long. li. 2.
tit. 54. Car.
rol, Mag.
in capitularib.
lib. ult. e. sententiam
sang. ne cleric. &c.

huic ritui adhibita, quæ pleraque pia erant, quàm res ipsa prohibebatur, quæ non erat tantùm têtatio DEI, sed etiam miraculi Iudaici imitatio: quæ irrepfit ad similitudinem

Nû. 5. 14. poculi Zelotypiæ, quod Moyfes, apud Iudæos, DEO authore, verbis amaricantibus

S. Hieronymus in 1. Reg. 16. miscuit. S. Hieronymus ait, Hebræos tradere, quòd coram Domino, in eandem aquam

maledicta congesta sint: & sicut in lege mulier

Zelotypa, hausta aqua, probatur, ita & idololatra hac aqua probati sint. Hi videlicet, qui se

idola coluisse penitus denegabant. Tradunt etiam, quòd quicumq; idololatra hanc aquam gustasset,

labia eius ita sibi adhererent, ut nequaquam ea ab invicem idololatra separare posset. Quæ traditio si vera est, DEO jubente, id à Moyse factum est. At solus DEVS occulta cordis novit & indicat; solus DEVS nequit, cum secreta cordium aperit indicatque, mentiri.

Quia igitur veritatem sic se indicaturum spondit Moyfi, meritò fides ei adhibita est, & licitè potuit modus ille servari, Iam verò eiuscemodi promissio diuina nulli aquæ facta est; præposterè itaque iudicium aquæ seu frigidæ, seu bullienti committitur stolidè creditur, aquam de se dignoscere reos atq; innocentes. Genio non caret aqua sed ingenio & iudicio.

§. XVI

§. XVII

§. XVIII

§. XIX

§. XX

§. XXI

§. XXII

§. XXIII

§. XXIV

§. XXV

§. XXVI

§. XXVII

§. XXVIII

§. XXIX

§. XXX